

VIRO

ILLVSTRI, EXCELLENTISSIMO ET
CONSVLTISSIMO

D O M I N O

JO. FRANCISCO
BERNDES,

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO BO-
RVSSIAE REGI AB INTIMIS, REGIMINIS, RERVM BEL-
LICARUM REDITVVMQVE IN DVCATV MAG-
DEBVRGENSI REGALIVM CON-
SILIIS,

DIRECTORI SCABINATVS HALENSIS NEC NON
VTRIVSQVE IBIDEM IVDICII ET SALINA-
RVM PRÆFACTO

DOMINO AC PATRONO SVO

OMNI OBSERVANTIA COLENDO

FELICITATEM!



117
VIR ILLVSTRIS, EXCELLENTIS-
SIME ET CONSVLTISSIME,

DOMINE AC PATRONE OBSER-
VANTISSIMO CVLTV DEVE-
NERANDE.



Quin & justum est, ut quos
virtus, eruditio, rerum ge-
rendarum peritia ac merito-
rum amplitudo Principibus
reddidit caros & ad summas
in republica dignitates evexit, quisque &
colat & veneretur; tanto magis is, qui red-
undantia inde in patriæ salutem bona tan-
quam sua reputat & sibi quoque obtingere
gratus experitur. Quamobrem graves u-
tique mihi suppetunt causæ, quibus permo-
veor, TE VIR ILLVSTRIS, observantissi-
mo prosequi cultu, qui omnibus his cumu-
late instructus dotibus, non solum jam pri-
dem in potentissimi Borussiæ Regis grati-
am admissus & amplissimis præfectus es mu-
neri-

592
neribus, sed etiam concreditam dexteritati at-
que directioni TVÆ publicam patriæ meæ,
Halensis civitatis, salutem, huc usque cura tu-
tus es summa, Et certe tacito dudum jam pe-
ctore impensam hanc erga TE venerationem
continui, commodam vovens occasionem,
qua TIBI, EXCELLENTISSIME VIR,
eandem testatam facere, simulque aditum
ad gravissimum TVVM patrociniū mi-
hi parare possem: sed ipsum hoc deditis-
simi animi desiderium non prius quam aca-
demica studia finem attigit, quo demum voti
compos factus mihi videor, copiam nactus,
TIBI, PATRONE OBSEQUIOSE CO-
LENDE, inaugurale specimen modeste of-
ferendi; cuius quidem non ea dignitas, ut ad
splendorem ac merita TVA accedat, eo ma-
ior autem eoque impensior, quo TIBI con-
secro affectus, Hunc itaque VIR ILLV-
STRIS contemplare & diducta fronte in
summæ observantiæ testimonium hoc, oble-
quiose rogo, suscipe schedium, ac patrociniū
TVO

502
TVO benevole dignare me, qui haud exiguam felicitatis meæ partem in eo repositam esse plane confido. Ego sane omnia propensæ TVÆ in me voluntatis munera quæsitissimis semper prosequar studiis & per omnem ætatis flexum gratus exosculabor, Summum Numen supplex implorans, velit TE, VIR EXCELLENTISSIME, unacum SPLENDIDISSIMA FAMILIA, diutissime saluum præstare atque incolumem omniq; felicitatis genere uberrime cumulare, quo sapientissimis consiliis & auspicata tot arduorum munerum administratione illustriorem indies Augustissimi Regis gratiam mereri publicamque & tueri & augere possis salutem, quæ summa votorum TIBI

VIR ILLVSTRIS EXCELLENTISSIME ET CONSVLTISSIME

*Scribeb. Hala Saxon. Idib. Aprilis,
Anni 1615 CCXXVII.*

omni observantia deditissimi cultoris
J. G. TÜRCKE,